

14356.

1684, 4

136.
3.
5

MISCELLANEARVM DVBITATIONVM

EX
VARIO JURE DE PROMPTARVM,

CENTVRIAM

CONSENSV
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS

IN
FLORENTISSIMA ACADEMIA SALANA

PRÆSIDE

DN. JOH. VOLK. *Bechmann*/

Hæreditario in *Obern-Crobra*/

JCTO, S. Rom. Imp. Exempto, Comite Palat.

Cæs. Consiliario Saxonico, Codicis, Juris feudalis ac Publici Pro-
fessore celeberrimo, Curia Provincialis, Scabinatus & Facultatis
Juridicæ Assessore Gravissimo.

*Dn. Patrono & Promotore de-
bitæ observantiæ cultu et atem de-
venerando,*

IN
AUDITORIO IURIDICO
AD DIEM VII. MAII ANNO MDC LXXXIV.

VENTILABIT
JACOB *Schwark* /
LVB. LVSAT.

JENÆ, Ex officinâ NISIANA.



*Perquam Generoso, maximeque
strenuo*
D O M I N O,
DOMINO HEINRICO
de BERLIBSCH,
Dynastæ in Teiĝern / Seebach / Hen-
nigleben &c. &c.

*Domino, Patrono atque Mæcenati
meo optimo maximo*


Hoc Exercitium Academicum in debitam animi
devotissimi tesseram & studiorum meorum commendatio-
nem eâ, qua par est, observantiâ

dico, confecro

Autor & Respondens.



S. P.


 Vod Tibi extemporaneâ Meditatione compareo L.B. Tempori adscribe. Fuere siquidem cogitata mea ut speciali & quidem rariori Materie invigilarem; Ast vix patietur ille, quo circumscribor, procinctus. Quare nunc mecum vivas contentus, si nihilominus controversam Thesium congeriem in brevi conspectu Tibi porrexero, stipulando interim cum Deo & Die pinguius negotium.

A 2

Th.I.

Th. I.
Lex naturæ est immutabilis.

Th. II.
Cultus Dei ritualis id est, ceremonia Sabbathi ex lege divina positiva dependet.

Th. III.
Societas conjugalis inter Protoplastos fuit æqualis.

Th. IV.
Homo est animal sociale.

Th. V.
Homo omnibus est sociabilis, non tamen omnibus socius.

Th. VI.
Homini competit Dominium in bruta.

Th. VII.
Jure naturæ inter fratres & sorores non committitur Incestus.

Th. IIX.
Communio bonorum non est juris naturalis.

Th. IX.
Furtum absolutè contra Jus naturæ est.

Th. X.
Legitima non debetur ex jure naturæ.

Th. XI.
Paritas inter Gentes in sensu politico est, licet quædam Respubl. potentiâ præcellat.

Th. XII.

Th. XII.

Procopius in suis *anecdosis* cum Asseclis male statuit Justinianum in Literatura rudem? imò sceleratissimum fuisse & in furore mentis vitam functum esse.

Th. XIII.

Leges omnes subditos, qui illis subsunt, cujuscunque dignitatis & conditionis existant, obligant.

Th. XIV.

Princeps est solutus Legibus.

Th. XV.

Non omnis actus contra legem gestus, est ipso jure nullus.

Th. XVI.

Lex imperfecta quid prohibet non sub lege annulationis sed punitionis.

Th. XVII.

Simplex mendacium propriè non est vitium.

Th. XVIII.

Contra Latronem omnis homo miles est.

Th. XIX.

Defensio est juris naturalis præceptivi.

Th. XX.

Autochiria non est licita.

Th. XXI.

Cadavera Condemnatorum rectè conceduntur Anatomia.

A 3

Th. XXII.

Th. XXII.

Pro Defensione Pudicitiae & rerum suarum ad-
versarium occidere licet.

Th. XXIII.

Non datur bellum punitorium.

Th. XXIV.

Nuptiae non sunt contractus.

Th. XXV.

Mulier in Jure nostro dicitur & est verus homo.

Th. XXVI.

Benedictio sacerdotalis ad Essentiam Matrimo-
nii non pertinet.

Th. XXVII.

Secundum genus Affinitatis juri civili notum fu-
it & etiam in foro Protestantium quandoque obser-
vatur.

Th. XXVIII.

Sponsi tempus ad deliberandum concessum Ju-
dex vel coarctare vel prorogare potest.

Th. XXIX.

Matrimonium Juvenis florentis cum extreme
vetula non est concedendum.

Th. XXX.

L. 14 ff. de sponsal. licet requirat, ut contrahen-
tes sponsalia non sint minores septem annis, tamen
haec aetas naturaliter suppleri potest per malitiam.

Th. XXXI.

Consensus Parentum in nuptiis omni jure est ne-
cessarius.

Th. XXXII.

Th. XXXII.

Filia nobilis plebejū sponsum à Patre destinatum potest rejicere.

Th. XXXIII.

Liberis ex damnato coitu natis alimenta Jure canonico *ex c. 13. in fine X. qui filii sint legitimi* expresso textu denegari nequeunt.

Th. XXXIV.

Pater filium alere non est obstrictus, si alimenta semel destinata & præstita luxuriosè prodegerit.

Th. XXXV.

In foro saxonico maturius incipiunt sapere homines.

Th. XXXVI.

Ex Inspectione obstetricum, aliquam esse virginem, non probatur.

Th. XXXVII.

Sententia Judicis prodigum facit.

Th. XXXVIII.

Jus venandi rectè refertur ad regalia.

Th. XXXIX.

Liberi sunt Domini paternorum bonorum.

Th. XL.

Possessio ab animo potius, quam à corpore denominatur.

Th. XLI.

Dominium naturaliter absque traditione in aliorum transferri potest.

Th. XLII.

Ada.

Adamus Dominium omnium rerum creatarum, licet illas nunquam viderit nec reverà possederit, obtinere valuit.

Th. XLIII.

Præscriptio etiam in Conscientiæ foro habet locum.

Th. XLIV.

Exheredatus ex justissima causa hodiè non facit partem.

Th. XLV.

Munerum in baptismo oblatio propriè Donatio dici potest.

Th. XLVI.

Vsuræ sunt licitæ.

Th. XLVII.

Fides etiam hosti est servanda.

Th. XLVIII.

Pollicitatio planè contractus non est.

Th. XLIX.

Res perit suo Domino.

L.

Jure novo repeti potest, quod meretrici datum est.

LI.

Ex casu fortuito nulla oritur obligatio.

LII.

Contractus, qui Mohatra dicitur, maximè improbatur.

Th. LIII.

Th. LIII.

Scutum Macedonianum & Vellejanum sine differunt.

Th. LIV.

Studiosum post lapsum Decennii in Academia permanentem, Domicilium ibidem nequaquam contraxisse affirmo.

Th. LV.

Filius familias Pater factus, si Partem Debiti solverit, ad reliquam Partem solvendam non adstringitur.

Th. LVI.

Conventio privata Iudicem non facit.

Th. LVII.

In Mutuo transfertur Dominium.

Th. LIX.

Pactum Antichreticum est licitum.

Th. LIX.

In literis Mercatoriiis sufficit semiplena probatio.

Th. LX.

Mulier in foro saxonico semper Curatore opus non habet.

Th. LXI.

Juramentum in alterius animam valet.

Th. LXII.

Juramentum per Creaturas non approbatur.

Th. LXIII.

B

Refer.

Reservationes mentales in Juramento minimè
sunt concedendæ.

Th. LXIV.

Pactum nudum parere actionem ex jure Cano-
nifico vix probabitur.

Th. LXV.

Nullum Delictum absque dolo committitur.

Th. LXVI.

Integrum Collegium tanquam suspectum accu-
sari non potest.

Th. LXVII.

Non Tortura, sed Causa infamat.

Th. LXVIII.

Peccans ex proæresi non potest puniri superve-
niente furore.

Th. LXIX.

Judex secundum Acta & probata judicare de-
bet.

Th. LXX.

Judex salva conscientia furibus & raptoribus
propter rem minimam ultimum supplicium dicta-
re potest.

Th. TLXXI.

Infans excusatur penitus à poena criminali.

Th. LXXII.

Furti poenæ subjiciendus est, qui alienas aperuit
litteras.

Th. LXXIII.

Etiam

Etiam revera fur dicendus, qui eum in finem ali-
quid surripit, ut alteri, donet pauperibusve largia-
tur.

Th. LXXIV.

Condemnatus ad mortem à foemina solta e-
um in Matrimonium petente à poenâ non liberatur.

Th. LXXV.

Vxor pro Condemnato ob Adulterium interce-
dens locum invenit.

Th. LXXVI.

Rectè bruta ob occisionem hominis ultimo affi-
ciuntur supplicio.

Th. LXXVII.

Advocati fallaciis uti non debent.

Th. LXXIIX.

Doctores bullati, iisdem Privilegiis, quibus pro-
moti in Academiis, gaudent.

Th. LXXIX.

Advocatus in propria Causa, licet ejusdem Ad-
versarius in Expensas condemnetur, salarium pete-
re non potest.

Th. LXXX.

Sola ad Judicium provocatio facit actorem.

Th. LXXXI.

Qui ex una provincia territoriali bannitus est, in
alia legitimam personam standi non habet.

LXXXII.

Cæsar Romanus nunquam fuit totius Mundi
Dominus.

B 2

Th.

Th. LXXXIII.
Imperator in Criminalibus Judicem Palatinum
non agnoscit.

Th. LXXXIV.
Status Imperii extra territorium regulariter nul-
lam habent potestatem.

Th. LXXXV.
Princeps in suo territorio tantum potest, quan-
tum Imperator in toto Imperio.

Th. LXXXVI.
Princeps potest famam & infamiam tollere
quoad Effectum, nunquam quoad causam.

Th. LXXXVII.
Status Imperii sunt Imperatoris, & Imperii Va-
falli.

Th. LXXXVIII.
Imperator nec ex plenitudine Potestatis, nec Sta-
tus per se legem ferre poterunt; nisi accedat com-
munis utriusque Partis Consensus & amicabilis
Compositio.

Th. LXXXIX.
Dictator solum summi Regiminis Exercitium
habuit.

Th. XC.
Vasallus ut talis non est Subditus.

XCI.
Foemina nec in feudo hereditario succedit.

XCII.

Th. XCII.

Fœmina semel exclusa à feudo non semper exclusa manet.

XCIII.

Legitimati per subsequens Matrimonium in feudo succedunt.

Th. XCIV.

Ad probandam Investituram Feudi novi usu hodierno literæ Investituræ sufficiunt.

Th. XCV.

Nec Juri feudali videtur congruere, nec hodiè obtinet, quod, licet Actor nihil probaverit, reus non absolvatur, sed defendere juramento se debeat.

Th. XCVI.

Hodiè rectè constitutum est, ut clerici, canonici & aliæ ecclesiasticæ Personæ à Feudi successione non excludantur.

Th. XCVII.

Ad condemnandum Vasallum hodie duo idonei testes, ut in criminalibus & quibuslibet arduis causis sufficiunt.

Th. XCVIII.

Apud Romanum Pontificem residet Potestas in suos Italos condendi Leges spirituales & ecclesiasticas.

XCIX.

Matrimonium apud Romano-Catholicos nunquam

B 3

quam

quam quoad Vinculum; sed tantum quoad tho-
rum & Mensam dissolvitur.

C.

Consistoria nostra dependent à superioritate
territoriali.

CI.

Absoluto numero hoc rotundo pedem cogitatò
figo, mihi utique persuasum habens aliquid Spe-
ciminis edidisse idque multò magis, quod inter o-
mnes dispalescat, plus Judicii requiri ad defenden-
dum Thesium diversissimarum Centonem, quam
uni soli per plurimas paginas insudasse materiae.
Interim, cordate Lector, suspende sinisterius Ju-
dicium. Inserviet siquidem explicatio sana cona-
mini, decisioque cum restrictione sufficiente vili
quantumvis operi, Vale, & quia adeò præcisè
uti non poteris, odisse noli.



Qui



Qui Themidos divæ studiosè ca-
 stra secutus
 Hactenus emicuit Schovartius
 ingenio,
 Nunc pugna palmam sectatur & ar-
 ma capeffit
 Docta, quibus quantum polleat,
 ipse probat.
 Hinc decus eximium merito arro-
 gat illa vicissim,
 & capiti docto præmia digna pa-
 rat.

Affectûs & gratulationis indicium hoc ad-
 scribit à Gædasi.

GEORG. WOLFG.
 WEDELIVS D.

Istum

Istum qui niger est hunc Tu Ro-
mane caveto

Sic Flaccus suavi gutture dulce
canit.

Hic niger est animo, niger est quo-
que nomine quidam;

Non quisquis nomen, protinus
omen habet.

Nomine Tute niger, Schwartzi!
sed candidus intus,
Nam candore suo mens Tua fida
nitet.

Quapropter Te non, Schwartzi di-
lecte, cavemus

Pectore Tu niveo semper aman-
dus eris.

Nobil. Dn. Respondenti gratul. hac adponeb.


Johann Reising / D.

Illustris Regiminis Jenensis Advocatus
Ordinaria & Civitatis Syndicus.

WMA

ULB Halle 3
003 142 973



B.I.G.

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1684, 4

176.
A.
5

ARVM DVBITATIONVM

EX
RE DEPROMPTARVM,

VARIAM

ONSENSV
CTORVM ORDINIS

IN
MA ACADEMIA SALANA

ÆSIDE

WOLK. *Bechmann*/

in Obern-Trobra/

o. Exempto, Comite Palat.

Codicis, Juris feudalis ac Publici Pro-
Provincialis, Scabinatus & Facultatis
fessore Gravissimo.

*& Promotore de-
ia cultu etatèm de-
nerando,*

IN
IO IVRIDICO
ANNO MDC LXXXIV.

TILABIT

B *Schwarz* /

. LVSAT.

officinâ NISIANA.